

literas impetravit, non fuerit tamen illis usq; pro eodem habebat, ac si non fuerit prosecuta. Unde sententia iam transferat in rei judicatae auctoritatem, eis contra jus litigantis protulata fuisset. Cum autem nec literae commissionis ad judices primos obtenta presentetur in jure, nec aliter legitime demonstretur formam mandati judices excessisse, pro sententia potius est presumendum. Quod dicitur ex adverso, quod Canonicus ipse non fuerit procurator, non nocet, cum ipse procurator item coram eodem Ferariensi. Episcopo contestando factus fuerit Dominus lysis, qui generalis ab ipsius fundatione Ecclesiae procurator fuit, & sic agebat, & contrahebat, ac si vere nova capella Dominus extitisset: praesertim cum in causam non tam Ecclesia nomine, quam proprio traheretur, utpote qui parochianos adjudicatos Ecclesie S. M. ad divina recipiebas officia, & exhibebat eis Ecclesiastica sacramenta. Præterea, cum ad Archipresbyteri notitiam pervenisset causam ipsam suisse Ferrarensi. Episcopo delegatum: si per canonicum illum nolebat subire judicium, ad causam agendum debuerat alium destinare, quod cum non fecerit, ejus est negligencia imputandum, immo malitia potius, qui sic commissum nostrum visus fuerit enervare.]

C A P . XXXV.

Locus, ad quem neus secure accedere non potest, & Canonicus in causa Canonicus delegatus, recusari poterit.

Idem Innoc. III. Praeposto S. Dominic Subdiacono nostro. (an. 1210, Roma in Liguriam.)

Cum R. a Canonicus Januen. causam, quæ inter ipsum ex una b parte, ac P. civem Januen. vertitur, tibi obtinuerit delegari: & idem civis propter multas & graves inimicities civitatis suæ, in tua nequeat præsentia comparere: Mandamus, quatenus supradicto R. hujusmodi optionem relinquis, ut exceptis canonici Jannen. (quos cum sint ejus socii, merito habet pars adverba suspectos) in civitate, vel dioecesi Januen. in qua sunt multi viri providi c, judicem eligat, cotram quo quæstio terminetur: cui auctoritate nostra districte præcipias, ut eandem causam juxta rescripta a te d obtenti tenorem appell. rem. fine debito terminare proceret.

C A P . XXXVI.

Si mandatur Judici delegato, ut illum absolvat, qui dicit se iustificare excommunicatum, ante probationem illum absolvere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciam admittet.

Idem Rothomagen. Archiepiscopo. (an. 1210.)

Cum contingat e interdum, quod Laici: [& infra.] In super requisiti sumus, cum quis conqueritur in se a suo Episcopo post appell. ad nos legitime interpositam, vel alias iuste excommunicationis sententiam promulgatam, & nos judicibus damus in mandatis, ut si est ita, juxta formam Ecclesie absolutionis beneficium illi impendant, vel eandem sententiam denuncient esse nullam, ac Episcopus paratus sit probare fe in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel alias iuste hujusmodi sententiam protulisse, an probatioibus non admissis licet judicibus excommunicatum absolvere, vel denunciare f sententiam esse nullam? g Ad quod t. r. quod cum quis conqueritur, se post appell. ad nos legitime interpositam excommunicatione fuisse innodatum, semper utriusque b partis probationes sunt admittenda, antequam ad decernendum super hoc aliiquid procedatur, per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel denunciandus sit potius non ligatus. In eo vero casu, cum excommunicatum quis se afferit iuste, vix vel nunquam est

Capit. 2. eod. tit. in 4. compil. b Hec verba, ex una parte, defunt in antiquis. c In Cod. Bayb. ita, providi, & discreti. d In omnibus antiquis: ad te, & initium capituli indicat omnino ita esse legendum. e Cap. 3. eod. tit. in 4. compilat. f Hic est, hujusmodi, in quibusdam manufr. g Hugo rest. dicit Abbas singular. esse hic, ad hoc quod appellatio iuste sententia veniat nullum. h utriuslibet.

a Hec duo verba, vel iuste, defunt in veteribus. b In ipsis Honorii commentariis seu regulis hujus capituli hoc erat initium. c I. videamus. §. in Fabiana, de usur. & l. cum prætor. de verb. signific. d Coadjutores quando dandi sunt, & qualiter permittantur, tradit Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 6. & sess. 25. de reform. cap. 7. e verbum, adjungere, doest in antiquis. f videlicet. r. cum not. C. de appellat. g l. si quis ad declinandum. §. sin autem. C. de Episc. & Clerico. & l. illicitas. §. fn. ff. de offic. pres.

eius (antequam absolutus fuerit) probatio admittenda, nisi tunc tantum, cum afferit in excommunicationis sententia intollerabilem errorem fuisse patenter expressum: ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur. Verum si proponat se simpliciter excommunicatum inuste, ac Episcopus ad probandum, quod iuste ipsum excommunicavit, suas postule probations admitti, non est ante absolutionem ipsius aliquatenus audiendus: cum eti pro certo constaret, rationabiliter in illum excommunicationis sententiam promulgatam, nihilominus esset ei absolutione impendens humiliter postulanti: & ideo in hoc casu illum credimus juxta formam Ecclesie protinus absolvendum: ut sic demum probationibus utriusque partis admissis, utrum iuste vel a iuste ligatus fuerit, decernatur.

C A P . XXXVII.

Si subdelegatus delegatus Papa jurisdictione uti coepit, a delegato removeri non potest: & si fecerit contra mandatum, sive exceperit formam rescripti, processus est nullus.

Honorus III. Mejan. & Regis. Archiepiscopis.

(an. 1224.)

Rogatus b a vobis olim, & fratribus nostris charissimus in Christo fil. noster Fredericus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Siciliae, ut restitueret ven. frat. nost. Cephaluden. Episcopum, quem spoliaverat Ecclesia, & alii bonis suis, se id libere facturum viva voce promisit, unde per scripta nostra Venerabili frat. nost. &c. que sequuntur hic descripta.

Venerabili frat. nost. Archiepiscopo Cufentini, deditus in mandatis, ut Cephaluden. Episcopum c restitu faciet ad Episcopatum, & ad alia, quibus fuerat spoliatus: quo restitu plenarie, & corporalem ac pacificam possessionem adepto, si Episcopus merito esset de dilapidatione suspectus, virum providum, & honestum provideret coadjutorem d eadem adjungere e, sine cujus consilio nihil eorum faceret, quæ ad administrationem pertinent tempora, quoadusque veritate comperta duceremus aliter providendum, interim omne alienationis genus eorum utriusque auctoritate nostra dicitur interdictus. Porro idem Archiepiscopus corporis infirmitate gravatus, commisit in hujusmodi negotio vices suas primo Abbatu Sancti Spiritus de Panormio, ac demum Thesaurario Cufentini. Quorum processus nobis exhibitos, de fratribus nostrorum confilio cassavimus iustitia exigente: quia videlicet Abbas contra mandati nostri tenorem f, ad inquerendum utrum de dilapidatione suspectus esset Episcopus, eo non restituto processit, & Archiepiscopus ipse (cum jam suo functus esset officio, dicto Abbati committendo in integrum vices suas) hujusmodi negotium dicto Thesaurario non potuit demandare.

C A P . XXXVIII.

Si delegatus pronunciaverit se jurisdictionem non habere, ipsam etiam de consensu partium non reassumit.

Gregor. IX. S. Praeceptor, & Magistro N. Canonico.

Ambian. (an. 1227.)

Significantibus M. muliere, & I. nato ejus, nos novem accepisse, quod cum nobilis mulier Julianam viuda, mentiens se pauperem g contra eos super terris, & rebus aliis ad judices nostras literas impetrasset, illud coram eis excipiendo proponere curaverunt, quod cum

cum dictæ literæ suggesto mendacio impetratae fuissent, cum prædicta Jul. (quia nobilis est, & dives) pauperem se dixisset in eis, coram ipsis (nisi requisito prius Domino, sub cuius jurisdictione ipsi consistunt, & coram quo parati erant eidem exhibere iustitia complementum) non debebat de jure per tales literas conveniri: unde dicti judices interloquendo pronunciarunt, se per easdem literas procedere non debere: [& infra.] I Demum fuit a partibus in quosdam tanquam in arbitros taliter compromissum, quod si intra terminum in compromiso expressum causam non decidenter, partes ad eundem judicium redirent examen. Verum arbitris causam intra terminum negligenter terminare, dicti judices jurisdictionem per formam compromissi hujusmodi resumperunt: a quibus idem se sentientes gravata, quod super his, super quibus ab eis fuerant absoluti, litigate compellebant eosdem, ad nostram audientiam appellarent. Ideo mandamus, quatenus si est ita, revocetis in irritum, &c.

C A P . XXXIX.

Arbitri electi ad causam recusationis, assignant partibus terminum ad probandum causam suspicione, & judex recusatus compellit arbitros ad causam finiendam.

Idem. (an. 1217.)

Suspicionis a causa contra judicem assignata, non ipse qui forsan provocatus obesset sed arbitri potius, coram quibus probatio est facienda, & ad quos omnia, quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque judice (cui fit jurisdictione, sic & cetera, sine quibus explicari causa non potest, intelligentur esse commissa) idem ut convenient (si discordes fuerint) in unam sententiam, vel tertium concorditer advocent b, cum quo duo, vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne hujusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur.

C A P . XL.

Delegata jurisdiction ad personas non expressas in rescripto, eriam de ipsarum consensu prorogari non potest.

Idem Abbati sancta Genovese.

P. & G. per literas e Apostolicas conquerentibus coram te de Episcopo London. d quod concessum ab eis mutuum promisso loco, & termino non persolvit: pendente judicio, I. Laicus, qui in quantitate quadam eisdem mercatoribus tenebatur, se in tuam jurisdictionem (sicut afferit) voluit prorogare e: ut si intra terminum constitutum prædictam non solvet quantitatem, excommunicationis, & interdicti sententias in personam, & terram ejus promulgares. Quas hujusmodi occasione a te lasas, decernimus non valere: cum eti alias jurisdictioni præesse dicaris, quia in dictum I. nullam jurisdictionem habebas, jurisdictionis protogatio nulla noscitur extitisse, cum hujusmodi delegata jurisdictione ad alias personas nequeat prorogari.

C A P . XLI.

Major XX. annis potest & quoconque dari delegatus. Idem in majori XVIII. dummodo intervenient consensus partium. Minor vero XVIII. non potest dari, nisi a Principe.

Idem.

Cum vigesimum annum peregeris f, dari potuisti in aetate hujusmodi delegatus. Ceterum constituto intra aetatem eandem, (nisi partes scienter consentirent in eum, qui annum XVIII. transcedisset) facta delegatio ab alio, quam a Principe non teneret.

a Causas recusationum resert Hossiens. in sum. tit. de recus. §. quæ sunt iuste cause. Joan. Andr. in c. Legitima. de app. in 6. & Pann. in c. cum speciali. infra. de appell. b Vide l. item si unus. ff. de arbitr. c Vide Lanfr. in tract. de arb. §. prorogatio. d Laudunen. e Vide leg. 3. ff. de eo quod cer. & l. unic. & ibi Barr. C. de sent. que pro eo, quod interest. f Vide l. i. ff. de min. & l. filius fam. & l. cuiusprator. ff. de judic.

Tom. II,

. C A P . XLII.

Potestas plurium delegatorum, vel arbitrorum simpliciter deorum, exprat per mortem unius.

Idem. (an. 1229. Rome.)

U No delegatorum a, vel arbitrorum (sicut proponis) rebus humanis exempto, eorum officium expravit. Nisi aliud in delegatione, aut compromiso fuisset expressum.

C A P . XLIII.

Delegatus Papa subdelegare potest, licet datus sit ex officio, vel de partium consensu, vel cum clausula prelectionis, videlicet, quod si non omnes, tu cum alio exequaris, &c. Hoc dicit, usque ad §. Is autem.

Quoniam Apostolica sedes intendit providere negotiis, & non personis, quibus eadem committuntur, si judex tertius licet ex officio nostro, vel de assensu partium pro communi utilitate a nobis datus eisdem, alii delegaverit vices suas (cum delegato a Principe id concedatur a jure) b delegatio valebit ipius. Idem quoque dicendum est, cum mandatur Episcopo, ut cum altero suorum coniudicum mandatum Apostolicum exequatur, & tunc sine subdelegato ab ipso Episcopo reliqui duo procedere non valebunt.

Is, cui commititur negotium, ut personaliter exequatur, potest, si partes consentiunt, alteri subdelegare. Fallit in causis hic expressis, hoc dicit usque ad §. Ceterum.

§. 1. Is autem, cui injungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodo partes consentiant) hoc aliis delegare. Præterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælatis, vel alii ministris provideri mandaremus, cum in his omnibus casibus industria, & fidem personæ, cui talia committimus, eligere videamur.

Is, cui commititur nudum ministerium exequendum, non potest vices suas alteri committere: fallit in Legato sedis Apostolice. Et est test. notabilis, & multum allegatur. Abb. Siculus.

§. 2. Ceterum (salva Legatorum sed. Apostol. auitoritate) nulli, cui commissum fuerit prædicare crucem, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel injungere poenitentias, licet haec de cetero alii demandare: quia non sibi jurisdictione, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

TITULUS XXX. DE OFFICIO LEGATI.

C A P . I.

Legatus Papa etiam per simplicem querelam adiri potest.

Alexander III. universis Suffraganeis Cantuarion. Ecclesie. (an. 1170.)

Cum d non ignoretis Cantuar. Archiepiscopum vobis non solum Metropolitico e, sed etiam legationis jurisdictione præfere: [& infra.] Sane licet idem Archiepiscopus Metropolitico sive audire non debeat causas de Episcopatibus vestris, nisi per appellationem deferantur ad eum: legationis tamen obtenuit universas f, quæ per appell. vel querimoniam pervenient ad suam audientiam, audire potest, & debet, sicut qui in provincia sua vices nostras gerere comprobatur.

[1 Mirabile sat is est, quod quidam vestrum, sicut audi-
vimus, affevare presumit, quod idem Archiepiscopus nullam
causam de Episcopatibus vestris, sive metropoleos, sive lega-
tionis jure, debeat audire.]

K CAP.

a Hunc textum intellige, cum facta est delegatio nominatis personis: secus dignitati, juxta e. quoniam Abbas, sive eod. b Vid. l. i. jud. & ibi Pet. de Bel. pert. & Cyn. C. de jud. & Bart. in l. & quia ff. de jurid. om. jud. c mandamus. al. mandarent. d Cap. i. eod. tit. in 1. comp. e Metropolitico. f In multis ma-
nus, additur iterum vor, causas.

C A P. II.
De causa specialiter delegata a Papa, Legatus se intronitare non potest.

Celestinus III. Magistro Columbo. (an. 1192.)
Studisti a nobis h querere, utrum de causa, quam alicui delegamus, alius, qui sit generalis in provincia Legatus, ante cognitionem, vel postea cognoscere valeat, vel commissionis nostra processum, quem Judici delegato transmittimus, taliter impedire. Respondemus, quod cum mandatum speciale deroget generali, Legatus commissio- nem alii factam specialiter impedit non potest: & si secundum formam mandati nostri sententia jam fuerit promulgata, non poterit ipse Legatus (nisi super hoc mandatum specialiter receperit) eam quomodolibet irritare: ipsam tamen (si rationabiliter lata fuerit) confirmare valbit, & executioni demandare.

C A P. III.
Legatus etiam de latere, ex generali legatione non potest transferre Episcopos, vel unam Ecclesiam cathedralem alteri sub- jicere, & alteri concedere ius primatice, vel duos Episcopatus unire, vel unum dividere: excommunicatos tamen propter manu- um injectionem in Clericos, absolve potest. h. d. cum c. seq.

Innocentius III. c. tit. sancti Laurentii in Lucina
Presbytero Cardinali, sed. Apost. Legato.
(an. 1202.)

Nisi specialis illa dilectio d. quam ad personam tuam ha- buimus, & habemus, justum motum animi nostri tem- peraret, pœna docente cognosceres, quantum e excesseris, qui spretis canonis sanctionibus, & consuetudine genera- li, motu proprio presumpsisti Trojanum Episcopum de Trojana Ecclesia ad Panormitanam de facto transferre.

C A P. IV.
Summatum fuit supra in cap. precedenti.

Idem eidem.
Quod f translationem: [& inf. 1] Licet in regno Si- ciliae generalis sit tibi commissa legatio, ad eam tam- men sine speciali mandato nostro non debuisti manus ex- tendere, qua in signum privilegii singularis sunt tantum summo Pontifici reservata: & si quædam ex his, quæ de speciali concessione sœpe fuere Legatis indulta, ut (illo- rum videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum injections in Clericos, incident in canonem promulgata sententia), videantur ex ipso legationis officio jam licere Legatis: an existimas, quia vices nostras tanquam Legato tibi commisimus exequendas, quod Panormit. Ecclesiam posset subiictere Mellian. ut illam præficeres isti, concessio sibi privilegio primatice? An putas ex eadem causa tibi licere duos Episcopatus unire, vel unum dividere sine li- centia speciali?

[1 Pontificis de Trojano Episcopatu ad Panormitanam me- tropolim a te factam volumus ratam habere, zelus utique non amaritudinis, sed rectitudinis nos induxit: quia]

C A P. V.
Ex quo Legatus retulit causam Papæ, illius definit esse Judez. Idem Bonon. g Episc. & M. Capellano Subdiacono nostro. (an. 1202.)

Licet Tranens. Canonici b ab initio dissenserint, tandem unanimiter consenserunt G. fratrem Cassinen. Abbatis in Archiepiscopum eligentes, cuius electionem Portuens. Episcopus tunc Legatus examinari præcepit: [& inf. 1]

a Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. b hæc duo verba, a nobis, de- sunt in antiquis. c Innocent. III. de tit. &c. d Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. e §. item lex Julia de vi publ. Inffit. de publ. jud. f C. eod. tit. in 3. comp. pro unione vide Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 13. g Barotinensi. h C. 3. eod. tit. in 3. comp. in quibusdam, Trojani, legitur. i al. Abbatem, & tunc dic; G. fratrem Cassinem Abbatem.